



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De mutatione legum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

secundum Ioan. Andrean. Domi. 2. col. & Franc. col. 5. in dict. cap. solet. & est Communis Opinio, vt fatetur Abb. in cap. Apostolica. de exception. col. penultim. vnde dicens, excommunicationis sententiam nullam, & petens absolutionem hanc ad cautelam, non tenetur in specie causam nullitatis exponere: quemadmodum notant Domi. & Franc. col. 5. in d. c. solet. fensit Rota in antiquis 60. quod si excommunicatus allegauerit iurisdictionis defectum in iudice ordinario ratione exemptionis: non est ita facile danda absolutio ad cautelam, nisi prius exemptio aliqua ex parte probetur, saltem semiplena probatione, ne iudici ordinario passim illusio fiat, tenent Innoc. Domin. & Franc. col. 5. in dict. cap. solet. Rota in nouis. 308. & in antiquis, 116. attamen licet tempore, quo petitur absolutio ad cautelam, non sit necessarium causam nullitatis exprimeret, oportet tamen eam in specie nominare, vt detur absolutio: quod Francus notat, & constat: quia nullitatis causa in vniuersum est aliquo modo probanda, vt detur absolutio hæc ad cautelam, saltem quoties allegatur appellationem præcessisse: debet enim summarie cognosci, an appellatio excommunicationem præcesserit: licet non sit necessaria iustificatio appellationis, secundum Abb. in d. c. per tuas. isto tit. Ioan. Andr. 2. col. Franc. 5. post alios in d. c. solet. & Felin in c. Apostolica. penult. col. de except. text. ad idem optim. in d. c. venerabilibus. §. de iud. causis. & §. vltim. vbi est text. ad hoc elegans, nec enim est absolutio ista ad cautelam temere concedenda: imo præmitti debet cognitio illius causæ, quæ ab excommunicato allegatur, vt nulla sit excommunicatio: præsertim vbi dicitur, excommunicationem latam fuisse post appellationem: nec sufficit ad effectum absolutionis ad cautelam, quod vnus testis testimonio probetur appellationem præcessisse ipsam excommunicationem: vt notat Agid. à Bellamera in decis. 91. nec iuramentum ipsius appellantis, nisi eo casu, quo iudex excommunicator asseuerat se non credere appellationem præcessisse excommunicationem, & tamen paratum esse dare absolutionem, si ita sit, quod post appellationem excommunicauerit, sic notat Felin. in d. c. Apostolica. n. 19. de excep. post Agid. à Bellam. decis. 386.

Sane quoties appellatio ab interlocutoria fuerit interposita, & per appellatorem petatur apud iudicem, ad quem absolutio ad cautelam, erit probandum plene, quod appellatio excommunicationem præcesserit: licet nondum constet ipsius appellationis iustificatio. quod apparet in dict. cap. venerabilibus. §. vltimo. & est communis opinio: quod si appellatum sit à sententia diffinitiuâ: tunc excommunicatus allegans excommunicationem nullam, quia præcesserit appellatio, non tenetur hoc plene probare ad obtinendam absolutionem ad cautelam: siquidem ad ipsam excommunicationis nullitatem sufficeret hæc plena probatio, sed erit satis, quod summarie, & semiplene probetur, appellatorem præcessisse. & idem arbitror, vbi tractetur de quacunque alia causa nullitatis, ex cuius ratione petatur absolutio ad cautelam, atque ideo quod diximus de exemptione, minime erit speciale, sed plane ordinarium.

Secundo est inquirendum, quis possit ad cautelam absolute: & Romanus Pontifex in d. cap. solet. hanc absolutionem responderi dari posse à superiore ipsius excommunicatoris, ad quæ delata est causa controuersia per appellationem. Poterit tamen ipsemet excommunicator absolute ad cautelam, secundum Hostiens. Ioann. Andr. & alios in dict. cap. per tuas. Dominic. & Franc. in dict. cap. solet. col. 2. quod non licebit alicui iudici, etiam iurisdictionem habenti ordinariam, nisi sit ipsemet excommunicator, eiusque superior, cogniturus de appellationis causa: vt ipse Domin. col. 5. & Franc. 3. in specie adnotarunt. qua ratione hoc erit omnino obseruandum ad intellectum gl. in c. cum ab ecclesiarum prelati. de offic. ordin. cuius in hoc §. paulo ante meminimus.

Iudex vero delegatus, etsi sit datus à principe ad appellationis cognitionem & decisionem, non poterit absolute ad cautelam. hæc enim absolutio extraordinaria est, & gratia quadam sedis Apostolicæ inducta. c. per tuas. ist. titul. igitur non est cuiusque iudici permittenda, nisi à iure sit in specie permissa. nam absolutio simplex ab excommunicatione competit delegato: quia tunc excommunicatio non dicitur nulla. at vbi excommunicatus allegat, excommunicationem nullam esse, iure ordinario absolutio danda non est, nisi prius constet, excommunicationem nullam esse. idcirco cum absolutio ad cautelam sit extraordinaria, & à iuris Pontificii regulis aliena, permittaque

ex gratia: non videtur alicui iudici data potestas eam concedendi. atque ita hanc opinionem veram esse opinatur gloss. in d. c. solet. verb. per superiorem. Ioan. Andr. Domin. Franc. & Doct. ibi. Deci. in c. praterea. num. 6. de offic. delegat. & ibi Felin. col. penult. idem Felin. in c. causam que nu. 6. & in c. cum dilecti. col. 10. de rescri. idem in c. 1. nu. 11. vi. lit. non contestat. l. asin. l. 2. col. 2. & ibi Deci. ac Curt. Iunior. col. 1. §. iurisdic. omni. iudi. quorum Opinio Communis est, contraria tamen potius placet Arch. in d. c. solet. Abb. & Deci. in c. ad presentiam. de appell. per text. inibi. cui respicietur iudicem delegatum, cuius in eo cap. mentio fit, habuisse specialem commissionem à Romano Pontifice absoluenti ad cautelam & tamen hæc posterior opinio vni & praxi recepta est, quo ad iudices delegatos extra Romanam curiam de causa cognoscens: licet datus in Romana curia, vt intra eam cognoscat, de causa, speciali indigeat commissione ad absolutionem ad cautelam adhuc ex communi vni: quemadmodum Rota tradit in antiquis. 810. & sequens. Felin. in cap. veniens. de testib. col. penult. vnde secluso communi iudice, prior sententia verior est, & magis communis quam extendit Oldrad. consil. 145. ac Felin. in d. c. veniens. in 2. vlt. col. vt iudex delegatus possit absolute ad cautelam excommunicationem ad effectum dicendi testimonium. Quo in casu ipse potius contrarium tenerem, maxime vbi res non ita bene per alios testes probari possent: argum. text. in c. praterea. de offic. delegat. & in d. l. 2. ff. de iurisdic. omni. iudic. sic etenim Ioan. Monachus in d. c. solet. tenet, iudicem delegatum posse absolute ad cautelam testes sibi productos ad effectum dicendi testimonium.

Tertio considerandum est, non posse impediri hanc absolutionem ad cautelam ex contradictione aduersarij, nisi is dixerit, excommunicationem latam propter manifestam offensam, quod probare debet intra octo dies, & eo probato non est absoluentus excommunicatus, nisi prius realem satisfactionem præmiserit, text. sing. in d. c. solet. satis tamen erit ad impediendam absolutionem istam, quod manifesta offensam proponatur, & obiciatur in ipsis interrogatorijs articulis: nec est necessarium, quod expressim libello speciali exceptionis hæc manifesta offensam in iudicium deducatur: quemadmodum docet Rota in nouis. 326. ita rem istam explicans. idem probat Felin. in dict. ca. Apostolica. de excep. num. 17. ipsi autem octo dies currunt, & labuntur continue à momento ad momentum ab ipso die, quo iudex receptæ objectionem manifestæ offensæ, absque alia speciali huius dilationis assignatione: quod notant Domi. & Franc. in d. c. solet. & Rota in nouis. 208.

Hæc tandem prænotare libuit de excommunicationis viribus, vinculo, & effectibus, deque eius absolutione, ad huius rubricæ & cap. quod statim sumus exposituri, apertorem cognitionem: multa tamen omisimus, quod vel ea curque facile obuia sint, vel nos breuitati operam dantes ipsa præterierimus: quæ diligens lector pro sui ingenij captu poterit inquirere, ac mente reponere.

## SECUNDA HVIVS RELECTIONIS PARS. C. BONIFACIUS OCTAVVS.

Alma mater Ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat, & consulit, quæ suadente subiectorum vtilitate, postmodum consulit, ac rationabilibus reuocat, in meliusve commutat.

### EX HVIVS CAP. INITIO.

#### De mutatione legum.

#### SUMMARI A.

- 1 Alma substantiue & adiectiue, quid significet
- 2 Lex qualis esse debeat: Mutatio, & correctio veterum legum iustissima est
- 3 Eadem lex humana non omnibus communis, aut cuiusvis rationis.

Almam hoc in loco summus Pōtēfex appellat Ecclesiam, sicut inquam, Alma etenim Hebræa dictio est. & item Latina, a dōre Diuo Hieronymo in Esaias cap. 7. quo in loco adnotauit, Tapud Hebræos Almam dici virginē nō quamcunque, sed absconditā, ac secretā, quæ nusquam virorum p-

verit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit, atque; junioris, & in annis adolescentie constituta. quod pluribus sacre scripturę authoritatibus probare idem auctor conatus est ad illius intellectum, & catholicum Prophetę sensum. idem Hieron. hanc interpretationem tradidit in Hebraicis traditionibus in Genesim. & Petrus Galatinus lib. 7. cap. 15. Latine autem secundum eundem Hieronymum alma, sancta intelligitur adiective. siquidem alma, ut inquit Festus, sancta siue pulchra, vel alens ab alendo scilicet Servius item lib. 10; sententia. super illud alma parens Idea Deum, inquit Alma proprie est nullus, ab eo quod nos alat: Abusu etiam aliis nominibus hoc epitheton datur. idem Servius apud Virg. ecloga 8. diem alnum, clarissimum interpretatur. nec tantum hæc dictio referretur da est ad lucis splendorem, sed & ad honoris, & nominis, & famę claritatem, & excellentiam. sic Iustinianus lib. 1. Codicem negotiatores ne militent. lib. 12. Constantinopolim vrbem almam appellat. Martialis de natali Domitiani, lib. 4. *Cæsaris alma dies, & luce sacrator illa, confesa Dicitur, qua vultu Ida Iouem.*

Vtrumque sit, ecclesia catholica alma dicitur aptissime, quod mater sit piissima, quippe que nos alat vberibus sanctissimis, nobis exhibens sacramenta, quæ redemptor noster Jesus in remissionem peccatorum instituit, nosque fide ipsius sanctissimi Salvatoris instruat, & muniat: quod sanctissima sit, ac Christi ipsa virgo, & immaculata, abcondita vique ad ipsam incarnationem sub velamine Prophetarum: quod pulchra ac decora tot sanctissimorum hominum martyris post ipsam passionem, tot bonis moribus institutis, ac propter pulchritudinem reformatis: quod clarissima sit lucis splendore, veteris testamenti, & Moisaica legis referat mysteris, que obscura quidem ad aduentum vsq; Salvatoris fuisse: quod in vniuersum orbem eius institutio & excellentia prædicatione legis Euangelicę iam propemodum exierit.

Ex huius autem capit. initio illud plane deducitur, quod quod omnes celebratissimum extat: nempe, & in Repub. bene ac sancte instituta posse iustissime mutari & veteres leges, quæ & iustissime fuerunt condite, idem constat in cap. non debet de consensu, & aff. c. scientiam. 28. d. c. quia sancta. §. verum. 63. d. 1. & in aliis plerisque locis, quibus duo præter alia potissimum obstat videntur.

Primum: lex debet esse iusta. cap. erit autem lex. 4. dist. cap. 8. per me reges regnant, & conditores legum decernunt. Etenim lex esse non videtur, quæ iusta non fuerit, auctore Augusti. I. de libero arbitrio. cap. 5. sed si lex vetus iusta fuit, & esse debuit, ut legis vim haberet, quod in ea constitutum fuit, iustum idem erit: eius contrarium iniustum: igitur noua lex veterem iustam corrigens, & contrario abrogans, institutio iniqua erit, & ideo nulla. Siquidem iustum, & iniustum contraria sunt, ut necesse sit, mutationem veteris legis iustę in contrariam iniquam esse.

Secundo idem obicitur, & sit argumentatio: Aut lex vetus in qua fuit aut iusta: si iniqua, lex nõ fuit, nec est, nec legis nomē, ac vim habere debet: & idcirco absq; temporum mutatione tollenda est, & statim fuit abroganda. Si iusta, profecto mutari nequit in contrariam, quæ iniusta non sit. unde hæc posterior erit omnino ut iniqua extirpanda ab ipsa Rep. cum ei nequaquam possit vtilitatem afferre, imo perniciofa sit.

Tertio ad idem tendit, quod lex iusta fundamentum habet a naturali ratione: quæ tamen immutabilis est in prin. 5. dist. §. sed naturalia. in. de iure natu. ergo lex semel iuste instituta mutari non potest.

Nihilominus constituendum est in tractatu de legibus, non tantum permissam esse in qualibet optima Republica legum veterum mutationem: sed & eam admodum vtilem fore, & quandoque necessariam, modo facilis non sit. Hoc præter authoritatē canonum, quorum modo meminimus, probat Aristoteles libro 2. Polit. cap. 6. ita equidem scribens: In civili ratione non posse omnia accurate scribi, sicut nec in alia qualibet disciplina. Constat etenim primos legum latores quandoque imprudentes fuisse, rusticos, ac vulgares, sic & in disciplinis crederet hominum vigor: atque docet experientia, plurimas antiquas leges horridas mutatas fuisse cum maxima Republicę vtilitate: quemadmodum latius notat ipse Aristot. in dist. cap. 6. His accedit secundo, quod humana rationi naturali est, ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perueniat, unde qui primo philosophati sunt, quædam imperfecta præ-

viderunt, quæ postea per posteriores perfectius fuere discussa, examinata, & tradita, atque ideo legum mutatio ex parte rationis ipsius humanæ iustissima est, non tantum ex parte hominum. Tertio adest diui Augustini authoritas, libro 1. de liber. arbitrio. cap. 6. qui asserit legem etiam iustam posse per tempora iuste mutari: siquidem mutata Republica, & eius statu, mutari debet & lex: cum mutata tempora varias exigant leges, ut iuste regatur populus, quod comprobatur euidenter: nam iuste legis officium est Republicę vtilitatem constituit, & stabilire, hæc vero non aliter potest prædicate considerari, nec percipi, quam prius inspectis, ac perpenfis temporibus ipsis, locis, & gentium moribus: quæ quidem omnia non vbique pari tramite contingere solent: igitur non eadem lex vbique, & semper iusta est, nec omnibus moribus, locis, & temporibus adaptari, & conuenire potest: qua ratione legis mutatio necessaria omnino est. Quarto, sunt ad hanc rem pulchra Platonis verba, 6. dialogo de legibus. Quæ quidem omnia, inquit, curent, ornentque chori principes, & cum legum custodibus conditores, ut à nobis relicta suppleant, necesse namque, ut diximus, in his præsertim quæ multa prauaque sunt, nonnulla in prima positione legum prætermitti, quæ magistratus sequentes vsu rerum communiti quotannis mouebunt, & corrigent, donec tempus illud aduenierit, quo instituta hæc discussa, & approbata sufficienter fuisse videantur: hæc Plato, qui eleganter lib. 16. ciuili, vel de regno, legislatorem similem facit quoad Republicę regimen medico, & nauis gubernatori. Nam ut hi non semper eadem præscribunt agenda esse ad corporis salutem, & ad nauigationis tutelam, sed varia præcepta exigunt, iuxta morbi statum, ventorum, locorum, & syderum pericula: ita legislator, qui Rempublicam administrat, non eisdem semper uti debet legibus, imo varia necesse est præscribat præcepta, & instituta secundum temporum, rerum, & locorum vicissitudines, status, & qualitates: alioquin non recte rem pro vtilitate publica gerere valebit. Hanc item legum mutationem iustam esse probat textus in cap. vlt. 14. dist. 1. & in d. cap. erit autem lex. 4. dist. 1. pulcher text. inibi adnotante Baldo, in l. vnica. in prin. C. de caduc. tollen. docet eleganter S. Thom. in 1. 2. quest. 97. artic. 1. & quest. 104. art. 3. Syluest. in verb. lex. §. 25. & Fran. Patritius de institutione Reipub. lib. 1. tit. 5. ad rationes in contrarium adductas non est admodum difficilis responsio, quæ magis huius veræ opinionis vires explicabit.

Ad primum igitur respondentes fatemur, legem iustam esse oportere, & item legem veterem, quæ modo mutatur, iustam fuisse: & subinde concedimus nec iustum mutari posse, nec iniustum statui: & tamen negamus ex mutatione veteris legis, quæ tunc iusta fuerit, iniustam nunc constitui: quidem determinatio eius, quod iustum sit, ac Reipub. conueniens, secundum hominum statum, & conditionem mutari debet, & potest. Etenim, ut docet S. Thom. rectum semper manere debet rectum per se, nec id mutari potest: sed rectitudo, & iustitia legis dicitur, & consideratur quoad communem vtilitatem, cui non semper vna, eademque res conuenit: idcirco talis rectitudo mutatur, ut paulo ante dicebamus, & præterea non ita cogit argumentatio in his, quæ legislatoris iudicio, & voluntati libere commissa videtur: qualia sunt multa, quæ possunt libere iure humano statui absq; diuini & naturalis læsione, & absq; Reipublicæ, & communitatis iniuriæ: quod in his minime verificatur ipsius Reipublicæ status potissima basis rectæ administrationis. Lex enim Regia, quæ permittit paritibus meliorem rationem erga liberos in tertia, & quinta bonorum partibus, iusta est, & fuit: quia nõ inurgit ex hoc grauis & maxima inter liberos inæqualitas, nec iuri diuino aut naturali præiudicium fit, nec Respublica læditur. Et tamen etiam si lex ista reuocaretur, & tolleretur, nihil iniustum feret à legislatore: cum filij qualem partem ex parentum bonis obtinerent, ne iuri naturali derogaretur ex hac veteris legis mutatione, nec Respubl. damnum aliquod inde pateretur.

Ad secundam rationem satis manifesta est responsio, si concedamus priorem eius partem, & negemus posteriorem. Nam vetus lex potuit tunc iusta esse, modo autem erit iniqua: quippe quæ præsentis Reipubl. statui minime conueniat, imo perniciofa, & grauis sit, & deinde, ut modo probauimus, quædam sunt ita liberæ legislatoris dispositioni obnoxia, ut vel hoc vel illi contrarium possit statuere absq; aliqua Reipubl. iniuria.



Ad tertium ita respondemus, quod qualibet iusta lex habet, & habuit originem à ratione vniuersali naturali, quae dicitur, ratione viuendum fore nihil iniquum agendum, aut statuendum. Quod iuris naturalis principium vniuersale est, & immutabile: sicuti & immutabilia sunt omnia, quae ex hoc principio necessario sequuntur: atque ita nulla lex vnquam ferri potuit, nec potest, quae iniusta sit, & ideo contraria huic principio iuris naturalis. Sed quoad particulares actus, & leges speciales constat, aliquam legem olim Reipublica congruam, & iustam, modo non conuenire communitati, & ideo iniustam esse, ac reuocari posse. Humana siquidem lex qua ex parte ius habet naturale, scilicet ratione viuendum fore, mutari nequit. Sed quo casu ratione viuamus, ostendit mutatio temporum, hominum, & morum ciuilium. vt eleganter S. Thom. explicat in *3a questione 97. articulo 1.* Vnde quia lex est constans, ac perpetua voluntas, omnes equidem leges licet pro tempore, locorum, hominumque ratione sint mutabiles, nisi ex ratione dependant immutabilis legis, pro legibus non sunt habenda: propterea autem immutabilis est voluntas, quoniam dependet ex ratione perfecta, qua nihil est nec certius, nec antiquius.

Ex quibus apparet, non omnibus communitatibus Reipublicis, aut ciuitatibus eandem leges conuenire, vel vtilis esse: tamen si omnibus conueniat, & proprium sit, ratione, & iure ad iustitiae normam, & regulam institutas esse. qua de re sunt pulchra Aristotelis verba, libro 5. *Ethic. capit. 7. Simili*, inquit, *modo non naturalia, sed humana iura, non eadem vbi que sunt.* Nam neque Respublica apud omnes est eadem, sed vna tantum vbi que, ea est secundum naturam, quae optima est. Hac Aristoteles, qui vnam esse censet vbi que Rempublicam secundum naturam, quae optima sit, id est, quae naturali ratione ad communem utilitatem regitur. Qua tamen ratione perpensa, & obseruata, non eadem conueniunt omnibus Reipubl. ad hunc etenim sensum Michael Ephesius locum Aristotelis ibidem eruditissime interpretatur.

Qua ratione qui veteres historicos legerit, quique variarum provinciarum leges perdidit ab initio orbis conditi vbi que constitutas, dubio procul deprehendet, quantum hominibus licuerit varie in condendis legibus de ipsa communi utilitate decernere: ac plane suo iudicio censere, leges aliquot risu dignas esse, quas si illius Reip. statum nouisset, omnino necessarias fuisse illi communitati existimaret. Veteres tamen leges non temere mutandas esse, nec nouas passim, & absque delectu ferendas, praeter alios docuit olim Zaleucus Locrensis legislator, qui eam legem tulit, vt si quis nouam legem laturus esset, eam ad populum circumposito ceruici laqueo ferret: vt nisi ob eximiam eius utilitatem probata foret, laqueo tractus suffocaretur, & morte periret. Quod constat ex Demosthene contra Timocratem & Hieroclem apud Stobaeum, *serm. 37.* idem fere tradit Polybius *lib. 12.* & de Charonda Thurij lege Diodorus Siculus, *lib. 12. bibliotheca.*

§. PRIMVS.

De interdicto.

SUMMARIUM.

- 1 Interdicere quid sit?
- 2 Interdictum ecclesiasticum, qualiter desiniri possit.
- 3 Interdictum ab ingressu ecclesiae, quid possit agere, & qua sint ei uetita.
- 4 Interdictum ecclesiasticum decernitur saepissime in locum, vel plebem ob vniuersam culpam.
- 5 Interdictum ecclesiasticum, an possit ferri ob debitum pecuniarium.
- 6 Interdictum hoc quandoque in locum, quandoque in personas pronuntiatur: & quid hoc referat?
- 7 Traditio intellectus ad text. in c. si sententia, hoc tit. & libro.
- 8 Interdicta ciuitate, an suburbia censeri debeant interdicta: & inibi late interdictum, c. si ciuitas, eo tit.
- 9 Interdictum quoddam est speciale, quoddam generale.
- 10 Excommunicatio, quomodo differat ab interdicto ecclesiastico?

Sane à nostris dudum fuit praedecessoribus constitutum, vt in terris seu locis ecclesiastico suppeditis interdicto nulla certis casibus, & sacramentis exceptis, diuina celebrarent officia, vel ministrarent ecclesiastica sacramenta.

Hinc tandem oportet, materiam interdicti ecclesiastici exordiamur, quid interdictum sit, praenotantes. Interdicere namque propria significatio censet prohibere, ac ve-

tere, ne quid fiat, vnde apud Iuriconsultos interdicta passim traduntur proprie quidem prohibitoria, vt quidam episcopi restitutoria, siue exhibitoria interdicta appellari, sicuti auctor est Iustinianus in *princip. Instit. de interdicto*. Quod alibi tractabitur. Nunc enim ad propositam cognitionem illius erit satis, quod interdicere sit prohibere, aut vetare: re quidem vetita per ablatiuum frequentius: raro per accusatiuum, ipsa vero, cui sit prohibitio, per datiuum casum expressis, & significatis. Paulus sane Iuriconsul. in *l. vi. ff. de praedictis*, interdicere alicui arte sua. Suetonius in Augusto ad tenentem ob ingratum, & maleuolum animum domo, & prouinciam interdicere, idem Suetonius in Nerone: & cum interdictum vsum Amethystini & Titij coloris, proclibit cunctos negotiatores, quandoque tamen actiue, & passiuè subaudiuntur hi casus, quod latine lingua auctores passim ostendunt. Cicero pro *domo sua*, uelitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua & igni interdicatur. Plinius in epistolis, carent enim togae uere, quibus aqua & igni interdictum est. Nam, vt obiter hoc ipsum explicemus, Lactantius Firmianus libro 2. *Institutionum diuinarum, capitulo 10* inquit, ideoque à veteribus institutum est, quod fetus animantium calore & humore corporum, atque alimentum ad vitam, cum enim conllet omne animal ex anima & corpore, materia corporis in humore est, anima in calore, quod ex auium fecibus datur scire, quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fouerit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoque igni & aqua interdicti solebat: adhuc enim videbatur nefas, quamuis malos tamen homines, supplicio capitis afficere. Interdicto igitur vsum eorum rerum, quibus vita constat hominum, perinde habebatur ac si esset, qui eam sententiam exceperat morte multatus. Adeo ista duo elementa prima sunt habita, vt nec ortum hominis, nec sine his vitam crediderint posse constare. Haec tenus Lactantius, cuius etiam meminit ad interdictum aquae & ignis Budaeus in *leg. penultim. de donat inter vir. & vxor.* quo in loco Iuriconsultus mentionem fecit solennitatis nuptialis, quae aqua & igni fieri solebat. Hac igitur in parte interdictum prohibitio quadam est diuinorum officiorum, cum iudex ecclesiasticus alicui ciuitati interdictum diuinis officiis. Nam & apud Pontificias constitutiones constat, interdictum prohibitionem esse, sub tit. *de matrimonio contra act. contra interdictum ecclesiae. maxime cap. 2. & 3. sic.* Cicero pro *Cecina dixit*, atque interdictum pertineret, id est prohibitio, sic Regia. *q. tit. 9. part. 1.* interdictum Hispanice appellat, *vedamieno.*

Potest autem interdictum hoc ecclesiasticum dici, quod personam aliquam specialem, aut singularem: tandem quoad plures personas, & quoad locum, idcirco in hunc modum congrue definitur: interdictum est ecclesiasticum est suspensio ab diuinorum officiorum, sacramentorumque actiua & passiuè celebratione, respectu alicuius loci, vel personarum facta, ecclesiastica etiam prohibens sepultura, quod interdictum hoc sit suspensio, non poterit negari, id etenim passim probatur, maxime in *capitu. non est vobis de spons. capitu. quod in te. de penit. & remis.* & in praesenti constitutione, quibus in locis etiam constat, non esse simplicem suspensionem, sed quae suspendat ab officiorum diuinorum, & sacramentorum celebratione, perceptione, & collatione, item ab ecclesiastica sepultura. *capit. si ciuitas, supra tit. in. quod personas afficiat hoc interdictum quandoque, & frequentissime, probatur in cap. si sententia. & cap. si isto tit. & de loco est satis aperta probatio in praecitatis autoritatibus.*

Sub hac vero diffinitione minime continetur, is cui est interdictum ecclesiae ingressus, nam is optime poterit extra ecclesiam celebrare diuina officia, sicuti notant glossae communiter recepta in *cap. si cui. super ist. tit. gloss. in cap. ut de offic. in. ist. lib. Innocen. Henri. colum. penult. Abb. & Felin. num. 8. in cap. sacro. extra ist. tit. quorum opinio communis est, & probatur in *capitu. praesenti. 5. quae. 2.* poterit item iurisdictionem ecclesiasticam vbiunque exercere, ea enim suspensus non est. *gloss. in d. sacro. in verb. interdictum. quam sequuntur Doct. ibi. Abb. in cap. ab excommunicato. colum. 4. de reser. pi. Franc. post alios in cap. si quis. supra eod. Ioan. Mylis in verbo, suspensus. etenim de hoc, cui interdictus est ecclesiae ingressus, vltimus hic minime disputabimus, quippe qui opinemur, hoc interdictum multum differre ab eo, de quo in huius capit. examinatione actum sumus, tamen & ad interdictum ingressu ecclesiae possit vt**